DE OFFICIO SEXTAE HORAE. Ca. V.

Exta autē hora Chriſtus in arā crucis aſcendit.
s ęterno patri ſeipm̄ offerens.ut nos a poteſtate
inimici et a perpetua morte liberaret.atq; ideo
conuenit.ut ea nos hora orantes & depręcantes in lau
dibus eius inueniat.qua ipſe nos per ſuam paſſionem
ad uitam ęternam reſtaurauit.

DE OFFICIO NONAE HORAE. Ca. VI

Ona utiq; hora inde conſecrat̄. quia in ea dn̄s
n pro inimicis poſtulans.in manus patris ſpiritū
cōmendauit.qua uidelicet fideles quoſq; opor
tet.ut ſe deo commendent cum deuota oratione. qua
caput ſuum cognoſcunt propriam animam patri ſuo
commendaſſe.ut in eius corpus coadunati. cum ipſo
regnū poſſint intrare perpetuū. Hocq; conſideratione
dignum eſt. quod per cuncta hęc temporum ſpacia.
ternarius numerus ſatis uenerabilis emicat.nos admo
nens ut poſt trium horarum curricula.unumquodq;
horum officiorum peragētes. ſanctā trinitatem ſacris
laudibus celebrēus.Horū ꝗq; officioꝝ ſtatuta obſer=
uaſſe ipſi apl̄i legūt̄.ſicut in actibus apoſtolorū legit̄.
quod Petrus qua die uiſionem cōmunicationis in illo
vaſculo expertus eſt.ſexta hora orandi gr̄a aſcēderit.
Et item Petrus inquit et Ioānes aſcendebāt in templū.
ad horam orationis nonam.

DE VESPERTINA CELEBRATIONE Ca. VII.

Eſpertinum officiū in diurnę lucis occaſu eſt.
v cuius ex ueteri teſtamento ſolēnis eſt celebra=
tio.Deniq; hoc tp̄e. ueterum ſacrificia offerri
adoleriq; altario aromata & thura. ſicut ſupra dixius
mos erat.cuius rei teſtis eſt hymnidicus ille. regio ac
ſacerdotali functus officio dicens.Dirigat̄ oratio mea

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut incenſum in cōſpectu tuo. eleuatio manuū mearꝝ
ſacrificium ueſpertinum. In nouo quoqꝫ teſtamēto eo
tempore dominus & ſaluator noſter cœnātibus apl̄is.
myſteriū ſui corꝑis et ſāguīs ī initio tradidit. ut tp̄s ip̄m
ſacrificij. ueſperū oſtenderet ſęculi. Proinde in honorē
ac memoriam tantorum ſacramentorum. in his tempo
ribus adeſſe nos decet dei conſpectibus. & perſonare
in eius cultibus. orationum noſtrarum illi ſacrificium
offerentes. atqꝫ in eius laudibus pariter exultantes.
Veſperum autem nominatur a ſidere quod ueſper uo
catur. & decidēte ſole exoritur. de quo ꝓpheta dicit.
Et ueſperum ſuper filios hominum producere facit.

DE COMPLETORIO. Ca. VIII.

E completis autem celebrandis etiam in patrū
d inuenimus exemplis. Dauid propheta dicēte.
Si aſcēdero in lectum ſtrati mei. ſi dedero ſom-
num oculis meis. & palpebris meis dormitationē. aut
requiē temporibus. donec inueniam locum domino.
tabernaculum deo Iacob. Quis non ſtupeat tantam in
amore dei deuotōnem animi. ni ſomnum ſibi ſine quo
utiqꝫ corpora humana deficiunt penitus interdixerit.
donec locum ac templum domino fabricandum. in pe
ctore ſuo rex & ꝓpheta reperiret? Quę res nos debet
fortiter admōere. ut ſi ipſi locus domini eſſe uolumus.
& tabernaculum eius ac templum cupimus haberi.
inquantum poſſumus exempla ſanctorum imitemur.
ne de nobis dicatur quod legitur. Dormierunt ſomnū
ſuum. & nihil inuenerunt. et reliqua. Circa undecimā
autem horam. ideſt in fine diei. quando huius officij
tempus eſt. credimus ſaluatoris corpus poſitum eſſe
in ſepulchro. ac perinde iſtius quoqꝫ curſus. ſolēnis de
bet eſſe celebratio. atqꝫ magnopē poſtulare debemus.
ut ipſe qui hac hora quietem ſepulchri intrauit. nobis